

Nº 4

Academia latina Neapolitana

Dictamen sobre la invitación que hacen á
todas las Naciones de Europa varios Profesores
franceses para abrir una universidad para ser
en una ciudad, en donde se habla solo latín.

1822.



Expediente curioso -

Lo infrascripto comisionado
p.ª de la Academia Latino
de las Naciones de Europa en
sus Profesores Franceses
p.ª abita una savoyana
con el objeto de fundar una
ciudad en uno de los
de una savoyana en
la lengua latino-francesa
que es, pensamiento de
doble, muy importante
en el día de la época
de la decadencia del imperio
romano, se habia en
sido en una sola ciudad, e
dicha plaza, ciudad
deben de perpetuar en
lengua latina, habiend



Los infrascriptos comisionados
p.^a N.^a Academia Latina &
decis.^o n.^o dictamen sobre la
invitación q.^a hacen á todas
las Naciones de Europa va-
rios Profesores Franceses
&^a abrir una subscripción
con el objeto de fundar una
ciudad en donde se hablar
se única i exclusivamente
la lengua latina, decimos:
Que este pensamiento es lau-
dable, aung.^o impracticable
en el día. Si á la época
de la decadencia del impe-
rio Romano, se hubiesen reu-
nido en una sola ciudad, ó
distintos algunos ciudadanos
celosos de perpetuar su
lengua nativa; habiendo



conseruado spū en pureza,
nos habrian sin duda
hecho el mayor bien: porq̃.
las ciencias, las letras i las
artes debieran tener un
idioma solo p̃. la mas
prompta i segura comuni-
cacion entre todos los ha-
bitantes del Globo.

Pero no habiendo sucedido
asi; cuando cada Nacion
ha acomodado a' su dialecto
la pronunciacion latina, quan-
do no tenemos la viva voz
del language familiar; quan-
do Sanchez i los filólogos
todos condenan el empeño
de hablar en latin; i quan-
do todos conocemos q̃. a' du-
ras penas podemos es-
cribirle, despues de haberle
estudiado p̃. muchos años

en los Art. clasicos; ¿quienes
podran tener el arroyo de
querer fundar una ciudad
en donde pueda hacerse
renacer la pureza del
lenguaje latino? Si, co-
mo dice Quintiliano y
Sanchez, el niño de
d. Mama necesita por
una buena diction, si
ha de hablar ^{te} correctam
algun dia su lengua:
como i por quien serian
instruidas en el idioma
propio del dacio. todas
las mujeres, q. hubieran
de habitar la nueva
ciudad? No lo verian
por cierto los promove-
dores del proyecto, cuya
carta a manera de cir-
cular está prohibido



con su simple lectura la
pureza de lenguaje q. pro-
ducian transmitir el por-
tobra a los nuevos cir-
cundanos.

Por parecer suficientes estas
observaciones, aung. ligenas,
mediante a q. no necesita
nra Acad. dar contesta-
cion alguna: en cuyo caso
la proponiamos en latin.
La Acad. resolvera, como
spue, lo q. estime mas
conveniente = Madrid
16 de Octu de 1822 =

Luis de Plata i Arce
Joa. M. de Sarrual

Secret. de literat. de la A. d.

LATINI SOCII AD RESTITUENDAM LATINITATEM,

DOCTORES ET PROFESSORES INFRA SCRIPTI, *Præsidi,*

DOCTORIBUS, MAGISTRIS,

Academicis omnibus Regiæ Hispanæ Academiae,

CLARISSIMIS VIRIS,

S. D.

CUM frequentes ac creberrimæ populorum omnium Europæ, et totius mundi, communicationes, post obtentam, anno 1814, obtatissimam illam pacem, occasionem opportunissimam offerant hominibus amanti- bus sapientiæ, non solum mala reparandi, à bello exitiali, et fermè universali tot annorum scientiis inflicta; sed etiam, novis accessionibus, collatis mutuò consiliis, augendi rem litterariam, ad majorem hùmani generis illustrationem; cùmque etiam inter novos cognitionum omnium et artium progressus una Latina Lingua, latinaque scripta, ab statusuo antiquo deprimi videantur, consilium coepimus, ò docti venerandique *Regiæ Hispanæ Academiae Socii*, imminenti illius interitioni pro virili parte subvenire, quatenus monumenta illa, quibus doctrinam omnem suam debet universus orbis, omninò ne obliviscantur, et sermodoctissimus, non solum conservetur, sed, si fieri potest, etiam inter viventes, vivax iterum et ipse resurgat.

Et jam unus nostrum, postquam doctus *Ns. Barberius Vemars*, Parisinus, Latinæ Linguae Emeritus Professor, menstruum illum jucundum *Mercurium Latinum* divulgare coepit, quod fortè nosti, etiam opus non rude edidit, anno 1817, *Otia Villaudricensia* nuncupatum, sive *de Lingua Latinâ colendâ, et Civitate Latinâ fundandâ*; benignè quidem et gratiosè à *Catholici Potentissimi Regis* ad Christianissimum Oratore, *tunc Legatione fungente*, acceptum; nec non ab ipso *Gallicæ Regis*, à *Ministris*, Legatisque Principum Europæ, quibus nempè dicatus liber fuerat, ac per eosdem Legatos clarissimos, missus. Latini autem Professores, litteratique cuncti, qui vel opus legerunt, vel tantùm de proposito instaurandi latinum

sermonem audierunt, vehementi capti sunt desiderio hoc, imò multū (sicut ex his nonnulli qui has litteras damus), ultro adjutando tam glorioso cœptui obtulerunt sese. Crescente itaque sic in dies numero sociorum, ut quisque illorum sibi, ceu colloquiis, ceu per epistolas novos asciscebat consilii comites; repetitisque Tolosæ primū congressibus, visum fuit Lutetiam unum mittere nostrum, qui fretus gratiā aliquorum sapientum Parisinorum, promittentium opem suam, patrociniū Procerum aulæ causæ latinitatis pararet, ipsoque Regi, nempè Principi humanissimo et litteratissimo, si daretur facultas, coram, scripto oreque, consiliū et vota latinorum pro fundatione Civitatulæ Latinæ supplicatium (bonoque ejus et conservationi doctæ linguæ vitas voventium suas), reverenter offerret; quod faustè jam diebus ab hinc duodecim optimis ille auspiciis peregit; sicuti omnes pervulgarunt diarii publici; non sine magnâ spe, Regis protectionem operi, in tempore, non defuturam.

Fuit autem ea altera provincia eidem demandata, uti ex ipsâ hâc Parisiorum urbe epistolam istam, cujus specimē Tolosæ probavimus, significationemque certam voluntatis nostræ, ad vos, ô docti *Regiæ Hispaniæ Academiae Socii* ————— per Legatum nobilissimum *Marchionem de*
Cara Trujillo et ad cæteras celebrior orbis Academiæ per illusterrimas nationum earum Legatos)
 tentaret mittendam; quo non sine aliquâ commendationis gratiâ ad vos perveniret.

Consilii autem præclari providentisque perficiendi accipite jam rationem summam. Inchoatâ in præcipuis Europæ urbibus subscriptione pro fundatione Latinæ Civitatis, illâque conditionaliter enunciata, adeo ut nullus ad solvendum, nisi postquam cœperit ædificatio teneatur, Senatus sapientum hominum ab Europæ Principibus, vel Legatis eorum, Parisiis, aliâve urbe statuetur, qui curam totius negotii gerat. Tunc pueri pauperissimi, sed probi, puellæque itidem circiter sexaginta, ex singulis nationibus Christianis asciti, in collegiis duobus ita latinè instituentur, ut ex quo pedem in ædes intulerint, nullas omninò, nisi latinæ voces, nocteque dieque audire, nec ipsi loqui possint. Hos, probatos, Senatus, intra biennium, trienniumve (quod tempus ad ediscendam usu loquelæ linguam quamlibet, maximè vero latinam, sufficit), matrimoniis conjungent, hâc lege, uti inter se illi nubant, qui quamvis ejusdem religionis, tamen

diversæ sint gentis. Domus illis ornatae, ac prædiola à Senatu, fundatâ jam cum agro Civitatulâ, assignabuntur; sic populi classem, in eadem, formaturi. Nam patriciorum, sive superior ordo, ex aliis ingenuis litteratisque juvenibus adolescentulabusque maximè coalescet, qui, utpotè vel parum divites et ipsi, vel gloriæ tracti cupidine, examinandos se Senatui offerent, novæ Civitatis candidati. Qui si digni, jamque Latini erunt, admitti, multo minori numero debebunt, domibusque, et fundis, valdè amplioribus, donari.

Cætera omnia quæ ad Civitatis situm, regimen, conservationemque immaculatæ latinitatis pertinent, libello dicto, atque, mox edendâ, latinâ candidatorum ad Regem Galliæ petitione fusè explicantur, ut nullus, vel frigidiori in his litteris, ad dubitandum de utilitate vel de facultate rei, si modò prosperè processerit suscriptio, locus sit. Quamquam enim rarescunt miserè in dies, uti videtis, mirabilium latini eloquii deliciarum aestimatores, tamen, ut quisque adhuc doctus est, et industrius, magnique animi, ita magis fautor nostri consilii est. Nec inauditum reputare debent homines, quod illustris admodum sæculi ultimi philosophus promulgavit, nec minus mirari, intentatam hucusque à tot Regibus, litterarum patronis, hanc renovationem latinitatis, quando nempe nec adhuc contemptu hoc hodierno illa laborabat, nec bella, ab ipsis ferè Augusti temporibus interminata, nationumque inter se perpetua dissidia, permittebant. Nam nisi non à pluribus diversorum populorum hominibus latinus novus noster coagmentetur, alia quædam exurget in eo lingua, latinâ potior, et commodior indoctis, et magis usitata, quæ illam proturbet ac pessundet. Ergo, si id vobis gratum esse poterit, petitionis edendæ exemplar sine cunctatione mittemus, quo melius omnem mentem nostram cognoscatis.

Videte autem, celeberrimæ ac nobilissimæ *Regiæ Hispanæ* *Academiæ* ornatissimi ^{socii} et considerate, qualem quantamque vobis opportunitatem exhibeamus amorem vestrum in doctissimam linguam commonstrandi, et strenuè amplificandi omnem mortalis generis peritiam. Sed et interest maximè Hispanæ gloriæ, perenni luce vitæ clarescant iterum, saltem alicubi, nomina scriptaq. non Quintiliani tantum, Senecarum, Columellarum, Luciani, Martialis, Melæ, aliorumq. Romanæ facundia parentum, sed illa quoq. panè oblitæ Juvenii, Ovarii, Prudentii, Sidori, Ludensis, Iostati, Brocensis, Sanci, Mariana, Cerda, Sepulveda, Matamoros, Antoniorum, Vivesi præter Theologos tot, J. C. ^{tos} Medicos, quorum si negligitis laudem, illorum dissimiles videamini. Quare, si hanc probatis sententiam, ferte nobis strenuè fidenterque laborantibus opem, monitis, doctrinâ vestrâ; simul, privatis collo-

Luciani, Martialis, Melæ, aliorumq. Romanæ facundia parentum, sed illa quoq. panè oblitæ Juvenii, Ovarii, Prudentii, Sidori, Ludensis, Iostati, Brocensis, Sanci, Mariana, Cerda, Sepulveda, Matamoros, Antoniorum, Vivesi præter Theologos tot, J. C. ^{tos} Medicos, quorum si negligitis laudem, illorum dissimiles videamini.

quibus, et per epistolas, et per ephemerides etiam, si placet, cunctis qui vestri socii ~~alumni~~ sunt, ~~vel aliquando fuerunt~~, præcipuè autem his, qui jam veluti ~~docti~~ stipendia emeriti, ad rempublicam quâ ratione accesserunt, nuntiate venisse tempus, si adjuvare non pigeat, restituendæ latinitatis; ut de præclaro coepto edocti, consiliis suis, vel alio quoquo auxilio subscriptionem hanc juvent; *uti estis, o Hispani homines, antiquarum amantes litterarum, tum præ cunctis etiam populis, ad magna quæque et ingeniosa, prout.* Nam et nobismetipsis gratulamur tam docti argumenti materiam habere vobis communicandam, non merito nostro, sed propter se, neque enim præferimus nos ullo in hâc re, nec de nobis præsumimus, sed socii socios et amicos quærimus, ad conservationem pereuntis latinitatis. Ergo si id minimè molestum erit, ad unum quempiam nostrum, qui infra nomen apponimus, rescribite. Valete viri ornatissimi, diuque scientiis vivite incolumes. Datum Lutetiæ Parisiorum, die 5 novemb^s. anni Salutis 1821.

Pro coeteris omnibus, nomina apponi edixerunt :

- | | | |
|--|--|--|
| J. B. C. BROLLY, Collegii Confluentani in Carantonia Supremus Moderator. | Michael M. OLMO, Theolog. Doctor. | A. MUZAC, Moderator Supremus Collegii Brivæ Curretiani. |
| Adresse : à M. BROLLY, Principal du Collège de <i>Confolens, Charente.</i> | Adresse : à M. l'abbé d'OLMO, rue des Saints - Pères, n ^o . 17, à <i>Paris.</i> | Adresse : à M. MUZAC, principal du Collège de Brives, à <i>Brives, Corrèze.</i> |
| A. DUMERGUE, Scholæ Sancti Remesii Tolosanæ Supremus Moderator. | J. SAUSSOL, Colleg. Limosini Moderator. | J. HERNAN, Doctor Medicus. |
| Adresse : à M. DUMERGUE, Chef de l'Institution Saint-Remesi à <i>Toulouse.</i> | Adresse : à M. SAUSSOL, Principal du Coll. de Limoux, à <i>Limoux.</i> | Adresse : à M. HERNAN, Docteur Médecin, au <i>Faget, par Toulouse.</i> |
| J. VILLAR, in Sorcinensi Coll. Mathematic. Professor. | B. à SANCTO PAULO, in Scholâ Sancti Remesii Tolosanâ Professor. | J. ABADIE, Tolosan. Lat. Ling. Emeritus Professor. |
| Adresse : à M. VILLAR, Professeur à <i>Sorèze, Tarn.</i> | Adresse : à M. SAINT-POL, Professeur à l'Institution Saint-Remesi à <i>Toulouse.</i> | Adresse : à M. ABADIE, Éditeur propriétaire du Journal de Littérature et de Poésie de Toulouse, rue des Chapeliers, à <i>Toulouse.</i> |
| | P. DELBOIS, Tolosanus, Philosoph. Baccalaureus. | |

M. de Olmo